

SCABIOSA MINOR.



Κλύμενον. CLYMENVM.

CAP. XII.

60 **C**lymenum caulem fert fabæ, quadratum: folia plantaginis: folliculis supra caulem sese inflexis, vt in Polyporum cirris. Probatissimum est è montibus. E fructice toro cum radice succus exprimitur: qui ad sanguinis reiectiones, in potu efficax est: coeliacos, rubraque sceminarum profusiva, refrigerando infrænât: sanguinem naribus erumpentem supprimit. Trita folia, aut siliquæ recentibus vulneribus imposita, ea ad cicatricem perducunt.

ο δοκίμα τὸ
δὲ τῆς πλά-
της οὐκ ἔστι
μῆκος ἰσχύ-
& πολυποδὲ
εἰρηστικὰ τὸ
εἶναι, & Κα-
κλόμενον συν-
σίδερατο.

Si caules item folliculi herbe, quæ Saponaria vulgò vocatur, Clymeni delineationi responderent, quemadmodum folia illi quadrare videntur, quippe quæ plantagini prioris referant imaginem, cum Ruellio vtiq; sentirem, fore crevere Saponariam legitimum esse Clymenon. At certè neque caulis, quem rotundum profert, & per intervalla geniculatum, neq; flores illi quicquam ad stipulari deprehenduntur. Quamobrem quænam herba Clymenum in Italia hodie referat, hactenus non satis compertum habeo. Verum his non obstantibus plantam hic addere volui, alijs quoque contemplandam; Non cum caulem

CLYMENVUM.



caulem habeat fabe non absimilem, folia plantaginis emula, & folliculos supra caulem in sese inflexos, incuruosq; bellè
 satis Clymenum imitari videtur. Hanc mihi dono dedit Iacobus Antonius Corvius, nobilis Patauinus. cui id acceptum
 referre debent omnes rei herbarie Studiosi. Hanc (vt Plinius memoria prodidit libro 25. cap. 7.) inuenit rex Clymenus,
 unde & nomen herbę. Quo in loco idem Plinius clymeno perperam illa omnia reddidit, que Dioscorides periclymeno assigna
 uit. Huius nusquam, quod inuenirim, meminit Galenus, sicut nec post ipsum Paulus. Planta hac κλύμενον Gręce, quem
 admodum & Latine Clymenum dicitur.

Nomina.

PERICLYMENV.M.



60

Περικλυσένον.

PERICLYMENV.M.

CAP. XIII.

Periclymenon simplex fruticat, ex interuallis parua folia habens ipsum amplectentia, subcandida, hederacea: inter folia furculi exeunt, in quibus baccæ hederæ fimiles: flos fabæ, candidus, aliquantum rotundus, & quasi in folium procubens: semen durum, & quod difficile euellatur: radice rotunda, crassa. Nascitur in aruis, ac sepibus, conuoluens se adminiculis propter assidentibus. Semen eius postquam ematur uit collectum, & in umbra siccatur, si drachmæ pondere detur in uino, quadragenis diebus, lienem absumit, lassitudinem discutit: sed urinam ciet, statim à sexto die cruentam. orthopnoæ, & singultui prodest: partum accelerat. Folia sunt eisdem viribus prædita: quæ tricenis septenis diebus epotata: sterilitatem facere produntur: per unctis ex oleo, febrium algores abigunt.

Perilymeni confid.

Sunt qui Perilymenum perperam Capprifolium appellent: officina Matrifylum vocant: nos vero, quod propinquius vinciat plantas, vulgo appellamus Vinibosco. Caterum id pressit nos ad credendum impellit, vulgatum Matrifylum esse Perilymenon, quod non solum omnes huiusmodi atatis rei herbaria peritissimos in hac continentia denotasse conperimus; sed quod etiam ex notis, quas illi redidit Dioscorides, ita esse cognoscitur. Quaequidem Matrifylus vulgo tantum caule fructus, qui ex interualle gemina tantum folia mittit, ipsum amplectentibus ibeanoïda, heda, ac eaeque. Flores ei fabae non dissimilis, candidus, cum adoleverit, in folium praeumbens. Semen haeretaceum, praedurum, & quod difficile evellitur, in sperdis quibusdam connexum, qui inter folia erumpunt. Constat praeter ea huius caulem, qui ab radice simplex evellitur, in sperdis quibusdam connexum, qui inter folia erumpunt. Constat praeter ea huius caulem, qui ab radice simplex evellitur, in sperdis quibusdam connexum, qui inter folia erumpunt. Constat praeter ea huius caulem, qui ab radice simplex evellitur, in sperdis quibusdam connexum, qui inter folia erumpunt.

Quorundam error.

Perilymeni vitis ex Gal.

Nomina.

Triphos.

TRIBVLVS.

CAP. XIII.

Tribuli genus vnum terrestre, foliis ad effugic portulacae, tenuioribus, viticulis in terra stratis: spinis secundum folia rigidis, praeduris iuxta amnes, & rudera nascitur. Est & alterum genus, aquis familiare, quod in fluminibus natum comam exerit, aculeos condens: foliis latis, & pediculo longo caule parte summa, quam ima crassior: adfunt ei & capillamenta quadam spicaeae: semen durum, ab altero non abhorrens. Verique refrigerantis, & inspissantis est naturae: ideo inflammatorum omnes cataplastae adiuuat. vlcera in ore erumpentia, putredines, gingivae, tonillaeque persanant. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Semen dum recens bibitur, calculosis iuamentum affert. Drachma terrestris tribuli pota, illitave, icteros uipera recreat: contra venena cum uino apissimè bibitur, decoctum eius sparsum pulices necat. Thracex qui ad Strymona amnem habitant, virenti tribulo equos faginant: & de dulci semine & esculento panem, quo vescuntur, faciunt.


Tribuli confidatio.

Ruel. error.

Tribuli vitis ex Gal.

Etsi vnum duntaxat, Tribuli terrestris genus descripsit Dioscorides; duo tamen eius genera a Theophrasto redduntur libro 6. cap. 5. de plantarum historia, his verbis. Tribulo peculiare est, & fructum gerat aculeatum. Eius duo sunt genera: vni folium esse aceris, alteri aculeatum. Vtrunque terrestris, & sarculosum: semis germinat, cui in folijs sunt aculei, magisque hoc apud septa villarum erumpit. Semen praecoci semine figura eruntur: alteri, hoc est scrotino, rotundum, nigrum, siliquis inclisum. Haec duo terrestris genera Theophrasto. Tribulum, cui folia portulacae Dioscorides assignavit, memini me vidisse Venetis in maris litore prope diui Nicolai facellum. At hunc, cuius hic figuram expressimus, vidi missi ad me Lucas Ghinus Forocornelicius medicus rei barbariae peritissimus. Ruellius Tribulum aculeatum Theophrasti eam plantam esse arbitrat, quam Histrici vulgo vocant Cacateopilla, ea fortasse ratione ductus, quod prope torrentium, & fluminum ripas proveniat. Perum cum lateat nos solorum effugies, quae a Theophrasto illi tribulo non redditor, atque etiam constat hanc plantam sarculos non mittere, neque siliquam ferre, in qua intus clauditor semen, eorum omnino a Ruellio differre. Nigrates septuaginta huius radices melle, & saccharo condant, eryngis eas esse existimantes. Quae in rebus aëre illi falluntur, & in superior libro in eryngo ostendimus. Sed ad Tribulos redeamus. Aquaticum genus in plepione Italiae huiusmodi, & lacubus provenit, praesertim in agro Mantuano, & Ferrariensi: neque solum in dulcibus aquis gignitur, sed etiam in mari. Hos tribulos Venetis in foro vendunt, quos marinos appellant, & in lacunis illis vicinis enati nomenuntur. Folijs hic provenit latis, subrotundis, crassis, & aëria parte maculosis, nervosisque, & per ambitum serratis, prolongis, & crassis pediculis nentibus: caulem edit crassum, pinguemque, sed in summitate longè vegetiorem, quam ab radice. Radix illi longa, conatibus spicaeae capillamentis. Fructum profert nigrum castaneae magnitudinis, triplici armatum mucrone, vnde illi nomen, cortice membranoso, & alba intus medulla, gustu castaneae hauri affemilij, vnde aquaticas castaneas vocat, & non secus ac castaneis eo in cibis vititur. Quin etiam quibusdam in locis, & sicis tribulis in farinis redactis, per anonna inopiam agrestis plebecula panes parare solet, perinde ac ex castaneis parantur ab alijs. sunt etiam qui eosdem tribulos sub cineribus, affatos pro bellarijs edant. Ex his porro qui peregre proficiscuntur, verruculos faciunt, quibus stas praecox ementent, colloque gestant, vt maiorem pra se ferant religionem, ne dicam hypocrisim. Tribuli vrinisque facultates perscribit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, vbi sic inquit. Tribulus est humidæ essentia modicè frigida, & sicca non mediocriter & ipsa frigida componitur. In terrestris tamen superat terrene frigidum, quod & adstringens ostendimus: in aquatico vero aequum. Propter vrinisque inaque & contra phlegmonarum generationis, & omnino contra omnes influxus congruunt. Porro terrestris fructus cum tenuium sit partium, potus lapides in renibus committit.


TRIBVLVS TERRESTRIS.



60 minut. Τριβυλος χερσαίος sic Graeci, Tribulus terrestris Latini dicitur: Italis, Tribolo terrestre. Τριβυλος ἐνυδρος Græc. Nominati-
 cè, Tribulus aquaticus, Latine vocatur: Italicè, Tribolo aquatico. Arabicè simpliciter tribulus Hafsch, seu Hafsck ap-
 pellatur: Hispanicè, Abroyos, & abrolbos.

† Hoc in loco ita equidem legunt vulgata Græca exemplaria, sed Oribasius libro 12. itemque vetustissus Dioscori-
 dis codex habent τριβυλος, qua voce Tribulum terrestrum viticulis longis representant. Id quod etiam satis planta pictu-
 ra demonstrat.

TRIBVLVS AQVATICVS.



Σαξιφραγος.

SAXIFRAGA.

CAP. XV.

† **S**axiphragon aliqui saxiphragon, alii empetron, Romani saxifragam vocant. frutex est succu-
 losus, in petris, & asperis locis nascens, epithymo similis. Coctus in vino, mox potus, febrici-
 tantibus opitulatur: stranguriae prodest, singultum sedat, calculos uelicae frangit, & vrinam ciet. 60

Saxifrage co-
sideratio.


Licet omnibus huius aetatis rei herbarie peritis satis superq; persuasum esse non ignorem, hoc Saxifrage caput Diosco-
 ridi illegitimum esse, quod Latina nomenclatura contra scriptoris morem Graecè proferatur; tamen eum in omnibus
 ferè Graecis exemplaribus habetur, nihil sane verat, quin & nos credamus hoc Saxifrage caput Dioscoridi esse legitimum.
 Sed fecit deprauata huiusce loci lectio, vt non solum ego, sed alij quoque dubitarint, quae nam planta legitimum Dioscoridis
 Saxiphragon rectè referre possit, quae ephymi faciem imitaretur. Verum cum postea reperti sunt antiqui Dioscoridis co-
 di-ces, qui

SAXIFRAGA DIOSC. SIVE VETONICA PAVLI.



60 dices, qui non τὰ δάφνηα, sed τὰ δάφνηα inscriptum habent, non magno sanè labore Saxifraga reperta est, cuius hic primo loco imaginem damus. Ea enim frutex est surculosus, in petris & asperis locis proveniens, adeò styrio similis, ut nisi gustatu ferè ab eo dignosci nequatur. Folia in caulibus per intervalla gerit, parva, longiuscula, angustaque utrinque singula, concomitantibus aliis longè minoribus, quæ cateruatim eadem ex origine prodeunt. In cacumine tamen numerosa sunt, & angustioribus intervalis distincta. Flores edit in summis caulibus purpureos, odoris non iniucundi. Hanc dum Romæ juvenis agerem: memini me legisse sub capitolino monte non longè a Templo D. Mariæ virginis, quod Itali appellant La consolatione, super lapidibus quibusdam magnis, qui è regione habentur. Duxerat me ad hunc locum Medicus quidam, qui Saxifragam hanc amico cuidam meo iam senescenti adversus renum calculum commendaverat, ut ubi ille hac herba viti vellet, locum ipsum scirem, ubi reperiri posse. Sed ego tum temporis nihil de materia medica fueram sollicitus. Est tamen post hac superiori anno ad me transmissa a Francisco Parrino Roboretano Casaris Maximiliani secundi Archiatro; quin etiam ab alijs quoque amicis. Huius meminit Galenus libro, & capite quinto de sanitate tuenda, sic inquit: His vero, qui calculo laborant, etiam aliquandò Betonicæ, & Cestivi, quod in Gallis nascitur, est admiscendum. Vocant autem herbam eam

SAXIFRAGA SECVNDA.




Saxifraga. Hęc ille . a quo suam quoque Beticam *Saxifragam* desumpsit Paulus . Atqui præter hanc tria alia *Saxifragæ* genera novimus, quæ frangendis, educendisque rennum calculis, plurimum præstare videntur. Primum illud est, quod nos antea *Dioscoridis Saxifragam* esse suspicabamur . Nascitur hæc in magnis, ac durissimis lapidibus, aut sicco, & admodum exrenuato solo, folijs capillaceis fœniculi modo, sed longioribus, tenuioribus, & rarioribus . Caulis pariter prodit fœniculaceo, sed tenui, ac pumilo; umbella in summitate emergente . Semine vulgaris pivo selini emulo, sed longiusculo, & odorato . Radice albicante, pastinacæ sapore . Tota planta subacris est, & subdulcis . Secundum genus folijs est vulgaris terrestris herberg, minoribus tamen, & circumquaque laciniatis, humi accubantibus . Caudem proferit tenuem, rotundum, rectum, pilosum, cubito minorem, à quo rari oriuntur ramuli, in quorum summitis partibus flores panduntur candidi, ocimoidis emuli . Hi paulo post flacescentes, nullum post se relinquunt semen . Radix illi est tenuis, in pluribus duricicata capillamentis; inter quas granula quedam rotunda, coriandri seminis magnitudine habentur, & ipsa quidem amara, & purpurascencia . Hęc non desunt, qui credant huicse plantæ esse semen, tum quod planta nullum in caulis semen gerat, tum quod satis radicigrana perinde ac semen nascuntur . Mira sanè plantæ natura, quod semen in radicibus gerat . Excalfacit, extequet, aperit, abstergit,

SAXIFRAGIA TERTIA.



60 abstergi, & expellit. Herbe, & radicis decoctum ex vino albo paratum, venum calculos frangit, & educit, vesicam ab-
 stergit, & urinam prouocat: efficacius tamen si ex eodem decocto radicis granosæ farina drachma pondere propinetur. Quin-
 etiam datur eadem farina per se ex vino duarum drachmarum mensura. Atqui felicius hæc potio sumitur, dum effecti in
 labro balneo se fouent. Reperitur hæc herba desinente iam vere, autestate incitante. & præsertim mense Maio, arido, &
 exoluto solo inter saxa, aut sabuloso tractu. Tertium autem, quod ego cum a forma, tum ab effectu SAXIFRAGVM
 maius appello, mihi missum est Verona à Francisco Calzolari Pharmacopæo, & rei herbariæ studiosissimo. Id in Monte,
 quem Baldum vocant nascit, & ex vino, ac durissimo lapide prodire, scribit. Frutex est caule lignoso, contorto, digiti crass-
 itudine, duris, densis, ac rimosis surculis stipato, subalbicante exterius libro. folia fert exigua, oblonga, in acutum desin-
 entia. strobilos edit albos, & calyculos gallicos, ocmoidis modo, ore circumquaque serrato, in coronæ modum; sed acme-
 dum pusillos, in quibus senen continetur rubrum, papauerino minus. Radix in petris adeo concluditur, vt enelli nequeat.
 Maris laudibus hanc plantam mihi commendauit Calzolarius ad calculos renum educendos, & ut re ipsa id mihi quoque con-
 saret, misit is ad me numerosos calculos quorum plures sabæ magnitudinem superabant, qui huiusce plantæ potu eiectioni sunt
 x 4 ex vino



Plante Saxi-
frage dicta.

Nomina.

ex uno tantum eius Veronense Hieronymo de Tortis nomine, quos adhuc apud me ad spectaculum seruo. Ceterum id magis me in admirationem ducit, quod aliquot inter hos spectentur, qui è vesica potius, quam è renibus expulsi videantur. Herba ipsa iam apud me copiosa est. Verum hactenus nullum eius periculum feci. Ceterum iuxta & alia barbarum genera, quae sub Saxifrage nomenclatione vulgaribus demonstrantur, nempe Trichomanes, Adiantum, Asplenium, Filipendula, 60 Massiliense fesceli, Pimpinella quae hircum redolet, & alia plures herbae: quae ideo Saxifrage nomine insiguntur, quod omnes urinam ciant: & calculos fragant pellantj. Planta quae Graecis σαξίφαγος, & σαξίφαγος, Latinis Saxifraga, & Italis Saxifraga nominatur.

† Qui postremò impressi sunt Graeci Dioscoridis codices nos hie, sed in fine separatim scriptum habent hoc caput de Saxifraga, inter ea relatum, quae in hoc authore adscititia censentur. Hoc dictum sit, ut omnibus constet, illud non solum Latine, sed etiam Graecè scriptum reperiri.

LIMONIVM.



Λιμονίον.

LIMONIVM.

CAP. XVI

60

Limonion folia habet beta, tenuiora, & longiora, decem, & saepe plura: caulem tenuem, rectum, lilio æqualem, seminibus rubris scatentem, quæ gustata adstringunt. Semen tritum, & ex uino acetabuli mensura potum, dysentericis, cœliacisque prodest: rubra fœminarum profuua sicut. Na scitur in pratibus, & palustribus.

Prouenit Limonium, nullis prorsus reclamantibus notis, in numeris serè plantis in paludibus, quæ Timani fontibus irrigantur, ac etiam Tergestino tractu. Hanc autem plantam seplaste falsò Bohem rubrum appellant. quam si quis diligenter expendit, eam, ni fallor, inueniet omnibus notis Limonio adstriplari: vnde cogetur fateri aut hanc verum Limonium esse, aut saltem eius genus. Siquidem herba est (vt imagines due, quas hic datus, aperte demonstrant) foliis beta, tenuioribus & longioribus, decem, & saepe pluribus: caulibus item tenuibus, in quibus semen rubrum, quod gustatum adstringit.

Limonii con
fidratio.

LIMONIUM ALTERVM.



adstringit . Præterea in pratis , præsertim vliginosis , & palustribus provenit . Addeam etiam quòd experimento con-
 pertum est , Beben hoc adulterinum præditum esse facultatibus & viribus , quas Limonio reddiderunt Dioscorides & Ga-
 lenus . Quare non temere me facturum putavi , si pro vero Limonio hic , eas plantas depictas exhiberem , quas in officinis
 Beben rubri nomen perperam acceperunt : quòd iam mihi persuasum sit (vt in glandis vnguentaria commentatione dicitur)
 eas planè Beben illud ementiri , de quò d Mauritanis mentio facta est . Plinius libro 20. cap. 8. Limonium sylvestrem be-
 tam vocari tradit . Sed huic , vt in beta notauimus , refragatur Galenus libro secundo de alimentorum facultatibus , vbi
 se nullam vnuquam sylvestrem betam nouisse scribit : nisi quis pro ea rumicem accipiat . Atque adeò hinc colligamus licet
 Limonium esse per se genus herba . Cui tam etsi caulis note , que in Ben rubro vulgari habentur , non omnino adstipulentur ,
 cum tamen cætera , Limonio bellè correspondant , & vires eadem sint , manebò ego in sententia , quosque nouus aliquis
 appareat rei plantaris indagator , qui aliam nobis plantam demonstrat , que legitimum Limonium Dioscoridis notis omnibus
 magis præse ferat . Interim' auctori in eorum sententiam haud concedam , qui PIROLAM herbam ; quam Germa-
 ni vocant ruintergruen , limonium genuinum faciunt . Quippe folia pyri modo subrotunda , vnde illi nomen , paruaq; , & na-
 tale


PIROLA.



60 *rale solum non concedunt Pírolam esse Lymonium; Siquidem oritur hac haud humectis, aut palustribus locis, sed in montibus umbrosis, & in sylvis; folio pyramide robusto, & perpetuo virente, caule spithame longitudine, tenui, teretij, in quo per intervalla flores spectantur candidi, stellae figura, capillamentis numerosis è medio emergentibus, ut in rosa. Radice nititur subalbicante, haud altè descendente. Vis illi est exsiccare, adstringere, & agglutinare. quofit, ut ad vulnera glutinanda plurimum praestet usum apud Germanos. Namque non solum illius folia, aut eorum succus vnguentis vulnerarijs additur, aut per se recentia vulnera sanant, sed etiam eorum decoctum ex vino potum, ea quoque curat, quae in thoracis cavitate, in visceribus, aut intestina penetrarunt. Mira sane vis est in huiusmodi potionibus. Parantur enim non ex hac sola planta, sed ex multis alijs ex vino, & aqua simul decoctis, nempe ex Pírola ipsa, Alchemilla, Betonica, Fragaria, Equisetis, Agrimonia, Caryophyllata, Tormentilla, Vinca peruvina, Pimpinella, quam Sanguisorbiam vocant, Pileosella, Purga aurea, & Symphiti majoris & Rubiae radicibus. Eiusmodi enim potionibus vidi ego, cum Thoracis, tum intestinorum vulnera, sanari, quae lethalia, & nullo procius auxilio curari posse censabant. quo fit ut haec ciburgicis grata esse debeant. Limonij vires memorie prodidit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic inquit. Limonij semen vispose austerrum, ciliacis, dyfentericis, & sanguinem spuentibus cum vino exhibent. Iuvat & ad profluvium mulieb. bre. Satis autem est acetabuli mensura. Quod Greci λυμονιον, Latini item Limonium dicunt: Itali, Limonio.*

Limoniij vires ex Gal. Nomina.

Asperula.



Lagopus. LAGOPVS.

CAP. XVII.

† Meum, &
Car. in opa-
rius. h. in a-
rcolis.
Lagopi confi-
deratio.

Syluatici opi-
nio explola.

Caryophylla
te uires.

Lagopus herba sifit aluum in uino pota: aut in febrī, ex aqua. Eadem inguini alligatur in inflam- 60
matione. Nācitur in † segetibus.

Sane tam paucis Lagopus perstrinxit Dioscorides, utpote qui ne vllam quidem eius imaginis notam designauit, ut ar-
duum equè, atque difficile sit asserere, quinam statuendus sit in tam ingenti plantarum multitudine, quarum nulla apud
homines extat cognita. Caterum Mattheus Syluaticus parum rectè, meo quidem iudicio, tradidit Lagopum eam esse her-
bam, quam herbariorum vulgus Caryophyllatam appellat: quandoquidem hæc non gignitur in segetibus, sed in montibus,
& in vijs iuxta septa. quod mirum in modum sepius opacari gaudeat. De hac veteres, quod sciam, nihil memoria pro-
diderunt. Nisi fortasse fuerit Gemā Plinio descriptum libro 26. cap. 7. cui radicales reddidit tenues, nigras, & bene
olentes. Porro CARYOPHYLLATA planta est non vulgaris, neque viribus inefficax, argumento quod eius radices
manifestum

CARYOPHYLLATA.



manifestum caryophylli spirans odorem. Unde illi nomen. Ea folia fundit, subsæpera, hirsuta, tripartita, duobus etiam longè minoribus eodem in pediculo posteriori parte adnatis, omnibus tamen per ambitum laciniatis. caule est ramoso rotundo, haud crasso, sesquicubitali, geniculato, subsæperod; floribus aureis pentaphylli emulis, Ceryophyllorum odore. Nasçitur sæcens vias circa agrorum, & hortorum sepimenta, & opacis potius locis, quam à sole illustratis. Est & alterum CARYOPHYLLATAE genus montanum, quod à me repertum est in Boemia, in monte quodam Boemis Coronos appellato, ex quo Albis fluvius suam ducit originem. Folia hoc gerit alterius crassiora, crispiora, hirsutioraq; plura ab una radice procedunt, longisque pediculis inærentia, tactu subsæpera, & circumquaque laciniata, & humi procumbentia. Caules editi tenues, haud ut in communibus brachiatis, in quibus parva, sed rara folia spectantur. In caulium summitatibus vicius tantum stus emicat, vixit incurvatus, & triplo ferè maior quam in vulgari. Aureus illi color est, qui tandem flaccescens, pinnatus efficit orbem, magnonaturæ opifcio. Radice nititur subhans longitudine & minimi digiti crassitudine, sed haud in altera furcata, rufa colore, odore Ceryophyllorum, & gustu adstringenti. Praslat hæc longè valentioribus facultatibus, quam vulgari. Sed de Caryophyllatis hæc tenus. Quarum gratissimus odor aliam mihi plantam renovavit in mentem



tenu non minoribus fortasse viribus insignitam *CORTYSAM* hanc appellare libuit, quod a *CORTYSO* viro optimo, pri-
 mum hac planta referta sit. Provenit hac folijs ferè virgineis, sed longè minoribus, subrotundis, atque subasperis ac-
 fringenti quadantenus sapore, & longis nitentibus pediculis. Caules edii tenues, rectos, folijs nullis refertos, sed qui in
 cacumine magno natura artificio flores gerant, extrema parte purpureos, intima verò aureo fulgore splendentes, aureisque
 flaminibus intus refertis. Radicibus nititur numerosis, tenuibus, ac prolixis. Est etiam que violaceos, & que candidos
 flores gerat, sed prima frequentior. Nascitur locis umbrofis nunquam a sole illustratis, cretaceo, & albicante solo. Nus-
 quam hac planta ab eius inuentore *CORTYSO* visa est, præterquam in agro *Vicentino*, in eo tantùm tractu, quem vul-
 gò appellant *Valle stagna*. Tota planta dum recens est gratissimo spiras odore, mellis fauis ferè simili, sed longè admo-
 dum gratiori, ac vehementiori. Sed in siccà evanescit. Expertum est valere hanc plantam ad mulcendum nervorum &
 articulorum cruciatus a quacunque causa exortos. Nam ipsius floribus in *Amygdalino* oleo recenter presso, & rosaceo,
 quod completum vocant, pari pondere commistis, diu insulatis, fit ad hoc medicamentum præstantissimum, ubi egelidum
 illinatur. Nec ambigo quin tota planta adstringere ac roborare, & vulnera, pleraque sanare valeat. Ea recentiores
 videntur potè ad thoracis interna vulnera. Quin & eius succum, admixta ærugine, cuniculofo, contumacibusque viceribus
 vtiliter



60 viliter injiciunt. Eadem olfactu stritus recreat, & frigidum roborat cerebrum. Epota prodest caliacis, dysentericis, feminarum profluviis, & cruenta expuentibus. Tam intus sumpta, quam foris illita enterocelis auxilio est. Temperamentum ei ex calfaciens, & exiccans, ut manifesto sunt indicio eius radices: quippe que gustu odorata, adstringereque deprehendantur. Quibus qualitatibus non modò attenuare, discutere, & adstringere valent; sed etiam roborare. Sed, ut ad nostrum institutum revertamur, Germanorum vulgus Lagopum appellat herbam, que folia habet trifolio similia, oblonga: caulum tenuem, rotundum, hisputumq;: semen in paniculis parvis, viscosis, lanuginosisque: cui non obscura adstringendi vis inest. Nascitur hac quidem in segetibus. verum an ea legitima sit Lagopus, non ausim affirmare: nullus enim, quòd sciam, Lagopi faciem representavit. Dantur Lagopi huiusce folia, quinetiam panicule, & semen in farina trita contra dysenteriam, & ceteras alui fluxiones, contra biliosas reiectiones & caliacos affectus ex vino austero, aut succo Punici mali. Vniuersè plantæ decoctum, additis malua folijs è dulci vino paratum, datur vtiliter ad vesicæ morbos, & præsertim ad vrina ardores. Semen auxiliatur cruenta expuentibus, panicularum cinis illitus hæmorrhoidas fluentes sistit. Sunt qui lagopi paniculis videntur ad abstergendam dysentericorum sedem, putantes inde fluxionem cohiberi. Lagopi vires scripsit Galenus libro 7 simpl. med. his paucissimis verbis. Lagopus facultatis est desiccantis, adeò ut fluxus alui probè exiccet. Huius plantæ nomen Græcum *λαγώπιον*, pariter & Latium Lagopus.

Lagopi vires
ex Gal.

Nomina.

MEDIUM, SIVE VIOLA MARINA.



Méd. roy.

MEDIUM.

CAP. XVIII.

a Verunque
exemplis
petrolis.

MEdion^a in saxis, & opacis nascitur. folia habet iridis: caulem tricubitalem, & in eo florem grandem, purpureum, rotundum: femine cnici, minuto: radicem dodrantalem, crassitudine baculi, gustu acerbo. *Quæ trita in farinam, & ex melle decocta, rubros menses foeminarum sistit, eclegmate per aliquot dies sumpto. Semen in uino potum, menstrua pellit.*

Medii confid.

MEdion in Media dicitur nasci quibusdam proditum est. Quod si ita se res haberet, mirum profectò non esset, si non proveniret in Italia. Sunt qui eius folia intubo similia faciant, non autem iridi, ut communis habet lectio, quibus etiam Oribasius ad stipulatur. Et certe facilis potuit esse librorum lapsus, ut qui vocabulorum affinitate decepti iridè pro eiusdè in Dioscoride scripserint. Hac itaque Oribasii auctoritate fretus planta imaginem hic appropiè curavi, quæ bellè saxis MEDIUM representare videtur. Siquidem non solum aridis, saxosis, & opacis nascitur locis (ut vir optimus Iacobus Antonius Cortusus testatur, qui ad me hanc plantam misit) sed folio est intubi, caule procerò, floribus grandibus.

grandibus, & semine paruo, Cnici haud absimili. Medij facultates tradidit Galenus libro 7. simplicium medicamentorum, sic inquit. Medij radicem contra atque semen ipsum, temperatam esse conigit. nam illa quicquam aspera est, & fluxiones cohibet cum alias, tum profluuium muliebri quod uocant. At semen tantum ahefit, ut tale quid efficiat, ut etiam mensis deat, uapore quod tenuium partium, & incidentis est facultatis. Vt Graeci hanc plantam $\kappa\alpha\tau\alpha\pi\lambda\alpha\sigma\tau\alpha\iota$, ita etiam Latini Medium uocant.

$\epsilon\pi\iota\mu\epsilon\delta\iota\upsilon\mu$.

EPIMEDIUM

CAP. XIX.

Epidedium, caulis est non magnus, hederæ foliis, denis atque duodenis, neque florem, neque fructum ferens: radice tenui, nigra, graui odore, gustu fatuo. nascitur in humidis. Folia cum oleo trita, impoſito cataplasmate, mammæ increscere non sinunt. Radix concipiunt adimur. Folia trita quinis drachmis, post mensuras purgationes; quinque diebus in uino pota, præstant mulieribus ne concipiant.

Qui Epidedium in Italia, quantum mihi perquirere licuit, hoc tempore cognoscat, demonstratque, hætenus reperi-
minem. Quare putauerim alijs in regionibus hanc plantam prouenire: uel si fortasse nascitur in Italia, nondum ad
nostram uenisse cognitionem. Non tamen nos fugit medicum esse in Italia materiam medicam profertentem, cuius nunc
nomen liber silentio dissimulare, qui Epidedium eam censet, quæ à triquetra foliorum figura: quibusdam recentioribus
Trinitas appellatur: idque uisum constanter affirmat, & persualet, qui maiore in forsan et si deum præstant, quam ipsi
Dioscoridi. Sed quod his aperit hallucinetur, est uicique mediocriter etiam in re herbaria uersato perperam esse pos-
sit, pro alijs tamen iam nobis ostendendum est. Quod facillè constat, si expendatur utriusque plantæ descriptio: siquidem
Epidedium, Dioscoridis testimonio, caulis est non magnus: folia habet hederæ similia, cæca aut duodena. Trinitas
uero nullo constat caute, sed folijs tantum modo tricenis, modo quadragenis, pluribusque à radice cyclaminis
modo excrementibus. Præterea Trinitas primo statim uere florem edit cæruleum, mox semen. Epidedium uero, Dioscoridi
auctore, neque florem, neque semen profert. Adde quod Trinitas radice nititur multifida, odore non ingrato, & sapore
adstringente. Radix uero Epidemij tenuis describitur, graui odore, & insipido ac fatuo gustu. Ex quibus omnibus,
ni fallor, harum plantarum discrimen luce clarius ostenditur, & medicum illius opinio uana aperissimè exploditur. Ceterum
Plinius libro 27. capit. 9. Epidemij historiam ad uerbum ferme à Dioscoride mutauit: us est: cui etiam Galenus uiam
acceptam referre potest libro 6. simplicium medicamentorum, ubi ita scribit. Epidemij uis est moderatè refrigeratoria
cum aqua humiditate. quare nullam habet in signem qualitatem. Mammæ cataplasmate impoſitum reclusæ seruare potest.
Aunt uero epotum concipiendi spem adimere. Planta, quam Græci $\epsilon\pi\iota\mu\epsilon\delta\iota\upsilon\mu$, Latinis in uisiter Epidedium appellatur.

Epidemij con-
suetudo.

Opinio cuius-
dam inuicem
expulsa.

Epidemij ui-
res ex Gal.

Nomina.

$\gamma\lambda\alpha\delta\iota\omicron\lambda\upsilon\varsigma$.

GLADIOLVS.

CAP. XX.

Xiphion, alij phasganon, alij machæronion, Romani gladiolum uocant. nomen inde accipit, quod folium gladij præbet speciem. Iridi simile erat, nisi minus, & angustius uideretur, & gladii modo mucronatum, neruosumque. In caulem exit cubitale sin quo purpurei flores, in ordinem digesti, inter se distant: et cuncto semine: radicibus geminis, una paruorum bulborum modo, super alteram insidente, quarum inferior gracilis est, superna uerior. nascitur in aruis. Superior cum thure illius, admisto uino, spicula & aculeos è corpore extrahit: panos cum loli farina, & hydromelicè dicitur: qua de re huiusmodi emplastris inferi solet, mensis imposita trahit. Superiori radice ex uino pota, uenerem stimulari, & inferiorem sumpta steriles cere tradunt. Superiorem quoque uiliter infan-
tium enterocelis, cum aqua potui dari præcipiunt.

† Orib. addit.
 $\epsilon\pi\omega\tau\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\delta\omega\iota$. i.
luc. co. p. iiii.

Nascitur Gladiolus, quem Græci xiphion uocant, frequens in Hetruria, & in comitatu Corinthensi, in pratis, & in aruis
inter segetes: unde Segetalis persique dicitur. huius flores nostri uulgò appellat Monacucce. Folia è uiridis, bre-
uiora tamen, & angustiora, lineis neruorum modo striata, mucronataque. Caulis attollitur cubitali, succoso: in quo flo-
res emicant purpurei, paribus inter se spatijs distantes, qui etiam iridis flores forma effigieque plurimum emulantur, quan-
quam Gladioli minores sunt, & uio tantum colore constant. Prout ex his semen (ut Dioscorides inquit) rotundum.
Radidibus coheret geminis, rotundis pressisque ptericillorum modo, una super alteram insidente, albicanibus, bulbosisque
Hæ obteguntur capillaceo inuolucro, in meyum purpurascete, ueluti croci radices. Ceterum quamuis tradidit Dio-
scorides, quod superioris radix magnitudine inferiorum superat; plerumque tamen contrarium uisitur. Plinius porò hæc
in historia à Dioscoride dissentit: siquidem Gladiolum, quem in aruis nasci scribit Dioscorides, in palustribus is & aquis
inueniri existimat. Ex quo facillè crediderim, Plinio illum uocari Gladiolum, quem passim officinæ Acorum nominant. Gladioli
meminit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit. Xiphij radix, & maximè altera, quæ
superiori est, attrahentem, digerentem, & exiccantem scilicet facultatem etiam possidet. Hæc planta etiam Græcè uocatur:
Latine Gladiolus, Arabicè, $\kappa\epsilon\lambda\sigma\sigma\tau\alpha\iota$: Italicè, Gladiolo; Germanicè, Schuuerel; Gallicè, Glais, & Glau.

Gladioli hi-
storia.

Plinius à Dio-
scoride dissen-
tens.
Gladioli ui-
res ex Gal.
Nomina.

GLADIOLVS, SIVE XYPHIVM,



Σπαργάνιον. SPARGANIVM,

CAP. XXI.

a Meum. πτε
 ελαστίον. i.
 magis inclina
 ta.

Sparganium, aliqui xiphidion uocant, folia habet gladioli, sed arctiora, & in terram magis ⁶⁰ proscumbentia: in summo caule veluti pilulæ prominent, in quibus semen. Contra serpentis uenena, radix cum vino datur.

Sparganii cō
 sideratio.

Existimat Ruellius eam plantam esse Sparganium, quæ in aquosis locis promerit, quam barbariorum vulgus Spatulam fatidam appellat. Verum hæc, ut in proxima commentatione diceretur, nil aliud est, quam Dioscoridis xyris. Quare mihi planè refellenda videtur in hoc Ruellij opinio. Siquidem herba hæc, quam ideo Spatulam fatidam cognominant, quod grauem exhalet odorem, folia quidem habet gladioli; sed latiora, longioraque, minimè in terram procumbentia. Adde etiam quòd illa in summo caule non pilulas, quæ semen continent, sed folliculos, aut siliquas profert. Sylnaticus Spatulam fatidam describens, eius hìstorian Paulò Acoginetæ perperam acceptam refert: id enim ipse in Paulo nusquam potui

Syltaticici era
 tum.

SPARGANIUM



quam potui reperire. Sed ad Sparganium nostra redeat oratio. Dubitamus nos, an planta quam hic pro Sparganio expressimus, quamque ferè omnes, qui hoc ævo de re plantaria scripserunt, Sparganium faciunt, legitimum genuinumque; Sparganium sit. Si quidem hoc folia xyphio latiora gerit, non quidem æstiora, eadue sursum se cillantia, non humi procumbentia. Quo fit ut ego facillè crediderim vix plantam hanc Sparganium dici posse. Sed quàm paucis de Sparganio differunt Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit. Sparganium & ipsius cæsicantis est facultatis. Nomen Græcum habet planta hæc *σπαργάνιον*: Latini uero, Sparganium. Arabi, *سفاك*: et eadem: Italiani, Sparganio.

Sparganii facult. ex Gal. Nomina.

Xyris.

XYRIS.

CAP. XXII.

XYris folia habet itidis, latiora & in cacumine mucronata: quorum medio caulis erumpit, factis crassus, cubitalis, ex quo siliquæ triangulares dependent: in quibus purpureus flos, in medio punicus: semen in folliculis, simile † fabis, rotundum, rubrum, acre: radix longa, geniculata, rufa. Contra capitis vulnera, fractaque efficax est: aculeos, & spicula, omnia, citra molctiam extrahit, adie-

† Orb. Xyris. crass.


cta floris æris tertia parte, & radicis centaurei, ac mellis quinta; tumoribus, & collectionibus illita cum aceto medetur. Radix ex passo bibitur, ad consuetudinem supra; coxendicum dolores, strangurias, & alti profuua. Semen tribus obolis potum, urinam uehementius impellit: & cum aceto, licet absumit.

Xyridis con-
sideratio.


Xyris pluribus locis prouenit in Italia, præsertim in Hetruria. Nam etsi non desint, qui plantam que hic nobis xyridem exprimit, legitimum esse negent, quod radice non consistat longa, rufa, geniculata, sed multifida gracillique; nos tamen non ob id, cum cæteris noris cum Dioscoridis Xyride conueniat, eam illegitima faciemus. Siquidem variare radices in plantis facile scimus pro diuerso solo ac regionum statu: Auxit quoque quibusdam suspicionem ipsam quoque semen, quod rotundum cum sit, fabis haud simile est. Sed suspicionem hanc abstulit Oribasius, qui opobos legit, id est orobis simile. Quo argumento fretus, cum Xyridis semen, (vixisique olfacienti palam fit) odore fabaceo habeatur, Dioscoridi legendum esse puto. Semen in folliculis est fabarum odore. Eam vulgus Spatulam satidam appellat, quod eius folia, si manibus atterantur, grauem & ingratum reddant odorem. Sunt qui huius se succo vrantur ac scabiem, virginitatem, & lichenas. Hanc memorat prosidia Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi de eius viribus ita dixerit. Xyris tenuium partium, attractoria, digerendi, ac nimirum etiam desiccandi est facultatis, cum radice, tum multo etiam magis

Xyridis vires
ex Gal.

X Y R I S,



ANCHUSA I.



eius fructus : qui quidem & vinam ciet , & lienes induratos sanare potest , Planta Græcæ Ἐπίς , Latinis quoque Xyris di- Nomina.
cium : Arabibus , Caforas : vulgò , Spatula fetida : Germanis , V uandtleus ; Hispanis , Lirio ft adarial : Gallis , Glaueul Sauvage ,

60


Ἄγχυσα. ANCHUSA.

CAP. XXIII.

A Nchusa, quæ alio nomine calyx, aut, onoc^ha appellatur, folia habet lactucæ^a, in acumen fa-
stigiata, hirsuta, aspera, nigra, multa, ab radice quoquo uersum humi sparsa, spinis horrida: radici
crassitudo digitalis, quæ æstate prouenit, & manus inficit sanguineo colore. læto solo nascitur. Radix
adstringit: ad ambusta, & uetera ulcera^b, ex oleo & cera efficacis signi sacro cum polenta medetur:
lepris, & vitiliginibus illinitur ex aceto: partus extrahit, uulua indita. Eius decoctum renum uitium,
lieni, & bile suffusa datur: & si fr. bris sit, ex aqua mulsa. Siftunt aluum folia in uino pota. Radice pig-
mentarii uruntur ad unguentorum spissamenta. Est & altera, quam aliqui alcibiadion, aut onochiles
appellarunt. Hæc à priore distat, quòd minora habeat folia, sed simili modo aspera: ramulos exiles, in

a Meum &
b Tū & Epiphi
c Crib. sigas
vix p. i. vel
penicium.

ANCHUSA. II.



c. Orb. ^{de gale} quibus flos purpureus ^{in punice} uergens conspicitur: radices habet rubras, prælongas, que mes-
 sibus sanguineum siccum fundunt ^{d.} in fabulosis nascitur. Vis ei, foliisq; inest, quæ contra virus cum
 reliquorum serpentium, tum maximè viperarum auxilietur, siue cibo, siue potu, siue alligatu: nam si
 d. Orb. ^{de gale} quisquam mandens, in serpentis os inspuat, cum necabit. Est et alia huic haud dissimilis, semine pu-
 niceo, minore. Cuius semen manducatum, si in serpentis fauces inspuatur, eam interficiet. Radix
 acetabuli mensura cum hyssopo, & nasturtio pora, latis ventris tineas excutit.

Anchusarum
 confid.

Tria sunt *Anchuse* genera, quæ hic à Dioscoride scribuntur: quanquam Plinio libro 22. cap. 20. quartum quoque
 genus additur, quod pseudoanchusam ob id appellatam ait, quoniam primo aliarum generi quadantenus similis est,
 his tamen hæc lanuginosior, & minus pinguis, folijs tenuioribus, & languidioribus. Sed hanc nusquam equi-
 dem vidi, cum tamen alias omnibus locis compluribus in Italia inuenisse me certò sciam. *Anchuse* omne genus in toto serè
 caule purpureo explicat flores à vulgari buglosso non longè dissimiles, quantum *Anchusis* magis subradentes, magisq; ex-
 pansis spectentur. Galenus inter *Anchusas* Lycopsum quoque recenset libro. 6. simplicium medicamentorum, ubi ita scri-
 ptum

Anchusarum
 vitæ ex Gal.

ANCHUSA III.



60 ptum reliquit. Anchusa quadruplex species est. Quarum onoclea quidem radicem habet admodum refrigerantem, & deficcantem, tum adstringentem, & subamaram, tum que sufficiat extenuandis, & extergendis humoribus biliosis, corporibusque condensandis. Ceterum folia habet imbecilliora quidem radice, adstringunt tamen & ipsa, & deficcant. Porro Lycopsis cognominata refrigerat, & deficcant, magisque radix eius, quam onoclea adstringit. At onochelos calidior est, & magis medicata. nam plusculum habet & gustu ipso protinus acrimonia. Hac vero etiam calidior est parua, que & amarior, & magis etiam medicata est. Anchusa non omnes easdem vires obtinent. Nam onoclea quam vocant, radicem habet simul adstringentem, & subamaram, corporibus condensandis, & modice extenuandis idoneam: tum abstergentis quoque, & ablucendis biliosis, & salis succis. Dictum enim supra est, quod qualitas acerba mista amaritudini ea prestare queat. Sic sane regio morbo, & lientosis, & venum affectibus est utilis. Sed & refrigerare idonea est. & sane cum poletia illa inuat erysipelata, & abstergit non modo epota, sed & foris imposita. Proinde vitiligines, & lepras sanat cum aereo. At radice quidem hæc opera sunt, & operum facultates, quas diximus. At folia ipsius herbe radice quidem sunt imbecilliora, non tamen aliena sunt à restecatione, & adstrictione. Itaque etiam profuturum sanant pota cum vino. Et que Lycopsis nominatur eodem modo erysipelatis congruit, & radicem habet quam onoclea magis adstringentem. At onocheli, & alibiati cognominatur

Nomina.
Conclusa nō
legit Orib.

biadū cognominatē vīs magis est medicata. Nam & gustu protinus maiorem habet acrimonia m. & cor qui d' viperis m. si sint, admodum inuat tum illa, tum inspersa, tum esā. Reliqua vero nempe quarta, que parva est, & ferē nomine caret ex illis sola, adbiadio quidem persulfis est, verum & amarior, & magis medicaminosa: ac prouide ad Latos humores idonea ex ythyri menstrua cum hyssopo, & nasturtio epota. Quae ἄρξισ Græcè, Latine pariter & Italicè Arctiaca vocatur: Germanicè, Radt ochsenzung: Hispanicè, Soagem: Gallicè, Orbanett e.

Alicia.

LYCOPSIS.

CAP. XXXIII.

Conclusa nō
legit Orib.

Lycopsis, quæ & anchusa à nonnullis vocatur, foliis est læuicæ longioribus, asperioribus & latiori cubitalibus: Flore in ipsarum, purpurascēte radice longo, recto, scabro, huiusmodi adnatis multis, Cum oleo radix illita, vulneribus medetur: & cum farina hordeacea, ignibus sacris: sudores peruncta mouet, adiecto oleo.

Lycopsis con
sideratio.

Eo quoque vna cum Ruellio, & Fuchio vris doctissimis, credere Lycopsin eam esse plantam, quam officina legitimi Cynoglossi vice passim usurpant, vocantque Cynoglossam; si tamen hæc radice rubra, non autem candida niteretur: si folijs viret asperis, non autem leuibus, ad terram recidentibus, non siccum spectantibus: si caule affurgeret scabro, non molli: si denique Tinnus huic sententia non profus refragaretur. Porro cum Plinium videamus libro 27. capit. 11. de Lycopsi seriorum tractasse, & similiter de hoc Cynoglossi genere priuatiim scripsisse libro 25. cap. 8. cogor omnino: vt Lynæ dicam, ab illis dissentire. Potius enim adducor, vt credam, Lycopsin herbam esse anchusæ non absimilem: quam ideo 20 ternerè Galenus, & Aetius secutus in anchusarum genere retulerunt, vt superiori commentatione diximus. Lycopsin, quam ego legitimam esse existimo, vidi sæpius in campestribus, sitientibus, aridisque locis enatam, anchusæ admodum differendum est suo proprio capite; idcirco disputatio quodam verum sit Cynoglossum, & nuncquid illud esse possit, quoslibet vulgò viturur, in illud tempus commodius differretur: Lycopsin, vt Plinius est author loco citato, folijs est longioribus, quam læuicæ, crassioribusque: caule longo, hirsutus adnatis multis, cubitalibus: flore paruo, purpureo. nascitur in campestribus. Hæc herba Græcis λυκώσις Latinis item Lycopsis, & Italis Licopsidæ appellatur.

Opinio reg-
bata.

Nomina.

Ἐχίου.

ECHIVM.

CAP. XXV.

† Mesi. & Car.
n' πορφυρεός
ληθυσία...
tuis habent.

Echii condit.

Echion folia habet prælonga, aspera, aliquantum tenuia, anchusæ proxima, minora tamen, subnre flora, & pingua, spinulis tenuibus horridula: cauliculis ex cælis, numero solumina: vtroque lare purcos, in quibus semina capite vperarum similia infont: radix nigricat, digito tenuior. Quæ non percussis modo à serpentibus ex vino prodest; sed eos qui antea biberint, ferri non patitur. Folia, & semen idem præstant munus. Lumborum dolores sedat: in uino, aut sorbitione sumpta lac extrahit.

Plinii lapsus

Echii vites

ex Paulo.

Nomina.

Echion à viperis omnino nomen aduenit (viperæ enim Græcis ἔχιδνα dicitur) vel quod semen proferat capitibus viperinis simile, vel quod vperarum moribus præstare: mura sit medicamentum. Hanc herbam ab Alcibio quodam iussu aream dormiret, a viperæ in extremo imagine ictus est. excitatusque à somno ex hac herba succum commandando pelatō & dentibus expressit, hausitque in corpus. Mansæ vero herbe reliquum videri superius contra dolorem. quo medicamento liber euasit. Pnde postea Echio nomen inditum est Alcibion ab eo, qui primus ostenderat, quantum viribus polletet contra vperarum ictus. Numeius scriptor grauissimus duo Echij genera inueniri scriptum reliquit, quorum alterum Ocimoides appellari inquit, quod folia ocimo similis habeat: alteram vero, quod folio est spinis horrida, priuatiu lari, quippe qui Echio statim subiecit Ocimastrum. His quoque subseribit Plinius libro 25. capit. 9. sic inquit: Echios duum est generum: altera folijs coronata, pulegio similis: altera lanugine distinguitur spinosa, cui & capitula viperæ similia sunt. Sed tamen ignoraste Plinium Alcibion, & Echium idem esse, satis manifestum est: siquidem is libro 27. cap. 5. Alcibion, inquit, qualis esset herba, apud authores non comperi. Ex cuius verbis illud facile colligi potest, quod scitū prudentissima natura profexerit, nempe quod istam genuit viperinis capitulis, vt ita apud homines, quorum potissimum quod vbiq; ferè pronentat, aridus præsertim locis sæpe in Hetruria, in agro Tidentino, & Corientis vidimus, semenque cant quidam syluestri Buglossum. Flores proferat hinc in rubrum purpurascētes inter minuta folia à medio caule ad summum: è quibus semen prædit nigrum hirsutis, spinosisque inuolucris inclusum, vperarum capitibus simile. Non inuenio enim vires describiti Dioscoridem secutus libro 7. vbi hæc refert. Echion, alij dorada, nonnulli alcibadion vocant. legitum pati finit. Quod ἔχιδνα Græci, Latini quoque Echium dicunt: Itali, Echio: Germani, Fuld ochsenzung: Hispani, Ter- 60

E C H I V M.



Echivum. OCIMASTRUM.

CAP. XXVI.

60 **O** Cimoides. Latini ocimastrum vocant, folia fert ocimi, & ramos dodranteales, hirsutos: filiquas hyosciamo similes, semine, ut gith, nigro pragnantes. Vim habet emen in vino potum, qua viperarum, caeterarumque serpentium moribus medeatur. Datur ischiadicis, cum melle, vino, myrrha, & pipere. Radice nititur tenui, & superuacua.

O Cimastrum, sive sylvestre Ocimum idipsum nobis appellare liceat, passim copiose nascitur in Italia, praesertim inter segetes prope septa, & in agrorum marginibus, folijs sane sativo similibus: ramulis hirsutis, quadratis, dodranteali, vel cubitali longitudine: in quorum summo flores emicant candidi, quandoque vero purpurei, id quod silentio preterijt Dioscorides: e quibus vascula erumpunt hyoscyami figura, capaci ventre, arcibus faucibus, per ambitum denticulatis, asperimis. capitibus similia: in quibus semen includitur nigrum, melanthio forme simile. Hec vascula ita a natura facta pueri nostrates colligunt, ubi exaruerint: siquidem, cum semen exciderit, is intrus sufflantes acutissimae edunt sibi: sic

Ocimastrum consideratio.